




C5



ELOGIOS FÚNEBRES

CON QUE LA SANTA IGLESIA CATEDRAL

DE GUADALAXARA

HA CELEBRADO

LA BUENA MEMORIA

DE SU PRELADO

EL ILLMÔ. Y RMÔ. SEÑOR MTRÔ.

D. FR. ANTONIO ALCALDE.

Se ponen al fin algunos Monumentos de los que se han tenido presentes para formarlos.



GUADALAXARA MDCCXCIII.

EN LA IMPRENTA DE DON MARIANO VALDÉS TELLEZ GIRON.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.

EPITAPHIUM.

INGENTEM. VIATOR. RELEGE.
IN. HAC. DOLORIS. MOLE. IACTVRAM.
VIRTVTVM. OMNIVM. AGMEN.
QVOD. SVVM. ERAT. COELO. VENDICATVRVM.
NVLLIVS. TANDEM. ANNVIT. GEMITIBVS.
TEMPLA. SCIENTIARVM. AVLAE. CVROTROPHIA.
POPVLI. PAVPERES. AEGRI.
VNIVERSI. ORDINES.
OMNIA. IN. VNO. OMNIBVS. OMNIA.
AMISISSE. LVGENT.
HIS. TANTVMMODO. MOERORI. RELICTIS.
IN. OBITV.
ILL. D. M. D. F. ANTONII. ALCALDE. O. P.
EPISCOPI. ABSOLVTISSIMI.
P. P.
VMBRA. SPOLIIS. EXVVIIS. VESTIGIIS.
DOLORI. AC. DESIDERIO.
IMMORTALIB. MVNIFICENTIAE. OPERIBVS.
EXEMPLO. ET. STVPORI.
FLENS. ERGO. AC. MONVM. ORBA.
GVADALAXARIANA. ECCLES.
SPONSO. PAT. Q. CARISS.
POSTERITAT. AC. MEMORIAE. P.
V. ID. NOVEM. MDDCCXCII.
ILICET.

ORATIO
IN FUNERE
ILLMI. D. D. FR. ANTONII
DE ALCALDE
EPISCOPI GUADALAXARIANI

HABITA

IN TEMPLO PRIMARIO GUADALAXARAE

QUINTO IDUS NOVEMBRIS

ANN. MDCCXCII.

A JOSEPHO APPOLINARI DE VIZCARRA,

MARCHIONE DE PANUCO,

EIUSDEM ECCLESIAE PRAEBENDATO,

ATQUE IN REG. SCIENTIARUM OMNIUM SCHOLA

PRIMARIAE SACRAE THEOLOGIAE CATHEDRAE

MODERATORE.

POTENTISSIME DOMINE.



UOD erat vehementer optandum, quodque nuper à praepotenti bonorum omnium conditore, & largitore Deo praecabamur summâ cunctorum ordinum consensione, quantam nunquan in miseris, gravioribusque casibus, quibus per hosce annos aflicti, atque jactati sumus, me vidisse, aut audivisse memini; ut D. D. Fr. Antonius de Alcalde si minùs vitam immortalem, quod nemini unquam datum est, divinaque jura vetant, at eâ qua fruitus erat nobiscum ageret diuturniorem. Hoc inquam maxìmum bonum, quod Sanctissimae Ecclesiae Deî commodo & ornamento fuisset, rebusque nostris sub tan egregij Praesulis praesidio, & beneficentiâ optimè constitutis opinione omnium majorem felicitatem attulisset, miserando, atque post hominum memoriam acerbissimo praestantissimae hujus urbis, omniumque ferè gentium moe-

rore, inevitabili mortis fato praereptum esse lugemus. Eòque acriori animi dolore ob tanti boni orbitatem contabescimus, quò recentiori frequentiorique recordatione tenemur maximorum commodorum, quae quandui vixit Antonius in Christianam rempublicam, inque Universum genus hominum redundarunt. Nam si luctuosum est parente carissimo privari, cujus interitu res, fortunae que nostrae miserè exturbabuntur, luctuossisima tamen, multòque acerbior futura erit tan ingens & exitialis privatio, si quod ea vulnus animo inflixerit, nec temporis decursu obduci possit, nec aliquâ consolatione leniri, sed potiùs perpetuâ mali accessione soeviat, & recrudescat. Atqui tanta, tanque misera calamitatis conditio nobis, qui quaecumque alijs jucundissima apparent, Antonio avulso atque extincto offusa nocte sempiternâ contuebimur relicta esse videtur.? Quò enim ¡pro Dei hominumque fidem! per hanc non modò amplissimam civitatem, sed per totam, quà latè patet Guadalaxarianam provinciam mentis oculos circumferemus, ubi letalis accepti vulneris memoriam nenon refricare possimus, apertissima quaquaversùs prospicientes & admirantes monimenta, quae providentissimi Antonij vigilias, illamque suam propè divinam

testantur beneficentiam, quam posteritas semper intuebitur, quaeque vigebit memoriâ soeculorum omnium? Quae omnia quò ilustriora sunt, nobisque dum Antonij vitâ perfrui licuit gratiora fuerunt, eò in posterum speciem horribiliorem praeseferent; siquidem summam nostram foelicitatem, qua anteactae vitae spatio perfuncti sumus, tandem aliquando alienissimo non Ecclesiae solùm, sed patriae etiam tempori cessise, clarissimumque Antonium unà cum rerum nostrarum prospero cursu interijsse recordabuntur.

¡Ergo huccine reciderunt fluxae & inanes nostrae contentiones, quibus in perpetuam foelicitatem tendebamus nullâ temporum injuriâ labefactandam! ¡Ergo adeo tristes, atque praeter coeteras aflictas gentes erimus miseriores, ut repente in praecipitem detrudamur colluvionem malorum tantò nobis calamitosiorem, quantò alacriorem atque prosperiorem diutissimè subijmus fortunam! ¡Ergo tan infensa erit nobis atque adversa labilis humanae vitae conditio, ut qui modò incredibili loetitiae voluptate perfundebamur, ijdem atroci, atque insanabili plagâ perculsi, hac solemni parentatione testari cogamur quanto animi dolore atque aflictatione versemur! ¡O fal-

lacem hominum spem, fragilemque fortunam! Si cui interdum contigit illum esse fortunatum, illum etiam oportuit tantis obrui calamitatibus & procellis, ut non nisi in extremam miseriam prolapsurus, ad summam gloriam evectus fuisse videatur! Nos nos hi fuimus, qui paucis ab hinc diebus impotenti loetitiâ ferebamur, atque vehementi rapiebamur admiratione maximarum rerum, quae novae Gallecianae Provinciae statum ìmbellem olìm atque labantem, florentissimum postea ac Sanctissimum amplissimìs unius benignissimi Antonij consilijs & muneribus brevì reddiderunt. Quae sanè spectabilis novitas omnium gentium linguis atque litteris celebranda, tantò majorem admirationem nobis attulit, atque voluptatem, quantò tardiori gressu, ut memoriae proditum est, aliae civitates benè constitutae tantam stabilitatem & decus consequi potuerunt. Sed ¡heu nos miseros, vanissimâque specie deceptos! quì vel in ipso oestu gratulationis abrepti oerumnosos qui nobis parabantur casus praesentire potuissemus, ut adversam quam rerum nostrarum experimur perturbationem mitiori quo pectora nostra efodiuntur dolore videremus! Maluissemus forsitan tantis commodis caruisse, quàm cum eorundem possessione miserrimam

luctus & moeroris segetem comparare. ¿Quae porro nobis dehinc spes loetandi, vel levandae de qua dolemus calamitatis superesse potest in tantâ copiâ commodorum, quae in nostram provinciam per munificentissimum ANTONIUM invecta fuerunt, si isthaecquamquam ad communis status nostri utilitates summoperè amplificandas profecta esse videantur, suo tamen vitâ functo largitore vel in ejusdem erunt interitum miserè recasura, vel profectò evanescent? ¿Quid post hàc nobis ¡Deus immortalis! voluptatis templorum nitor afferet & majestas? ¿Quid patria caritatis? ¿Quae Sacerdotes in Sanctissimis delubris lacrimantes consolatio sustentabit? ¿Quid poterit permulcere dolorem quo universa hominum jacet propè exanima, atque plorabunda conditio? ¿Quae successivis temporibus extare poterit pulchritudo urbis? ¿Quae celebritas oppidorum? ¿Quae feracitas agrorum? ¿Quae ubertas frugum? ¿Quae vilitas rei frumentariae? Quibus omnibus quoad vixit ANTONIUS, sic secundo vitae sine ullâ ofensione cursu fruebamur, ut nemini invideremus. At ea omnia extincto clarissimo lumine, quo vigebant, & fovebantur densâ perpetuâque caligne obruuntur, & obscurantur. Quo effectum est, ut cuncta quae nobis

coelo terrâque prospectare licet, squalore quodammodo confecta mecumunà locutura ac praedicatura esse videantur de Benignissimo Religionis Patriae que Parente, in quem demostrandum tota nostra collineat oratio.

Verùm enimverò egomet huic tanto Parenti, qua debeo benevolentiâ parentaturus, vereor ne moestissimâ qua cruciamur sui obitus memoriâ orationis meae cursum retardet, alióque convertat, quò in clarissimorum virorum, qui de nobis optimè meruerunt laudatione persequendâ, ratio communisque sensus progredi reformidant. Nam si parentum nostrorum qui è vitâ cesserunt res praeclarè gestas oblivioni tradamus, plurimaque detrimenta, quae suo interitu in nos redundarunt, quoties eos honestandos aggredimur memoriâ repetamus, non sàtis eos ipsos suspexisse videbimur. Si namque in acerbissimâ eorundem morte id dolemus, quòd immanem rerum nostrarum jacturam fecimus, nostrum est id malum, quod modicè ferre debemus, ne id non ad amicitiam, sed ad domesticam utilitatem referre jure ac merito reprehendamur. Idque circo mihi cogitanti egregia Parentis nostri Antonij facinora, quibus rempublicam non modo Christianam, verùm etiam publicum provinciae nos-

trae statum amplificavit, hacce laudatione funebri recensere, & celebrare, operae pretium visum est precari vos singulos & obtestari, ut hàc saltem vice casus obliviscamini turbulentissimos, quos ANTONIJ obitum certâ conjecturâ consequuturos esse auguramur, ne dolentissima incommodorum nostrorum recordatio intercipiat nos, quo minùs justa benevolentiae officia persolvamus. Ac mihi sanè nullâ ingenij facundiâ praedito, nec dicendi exercitatione versato, tantum munus obire recusandum esset, nisi in eo mihi ab ijs demandato, quorum nutui, ac imperio parere debeo, tot se se offerrent gravissimae perinde ac toto terrarum orbe conspicatissimae rationes remunerandorum quae in nos collata sunt beneficiorum, in quibus recensendis oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de omni virtutum genere, quae summae atque praestantes in uno ANTONIO floruerunt, quaeque tantam ipsi gloriam pepererunt, quantam audivimus, vel conjectamur viros qui sunt fuerunt atque erunt eodem genere principes sibi ipsis posse comparare. Itaque mihi in tan ubere ac immensâ laudis & gloriae segete non tan copia, quam modus in dicendo perquirendus est.

Ne autem oratio nostra vagari incipiat,

ibique tota versetur atque consistat, ubi ad summam veramque gloriam capessendam, saluberrimis oeternae sapientiae consilijs aditus nobis datus est, quae hoc loco Oratores in laudandis clarissimis viris, quos oeternâ ac immortali gloriâ dignos existimant, more institutoque majorum afferre consuescunt; avitam, scilicet gloriam, patriae claritatem, generis nobilitatem, opes ac copias, aliaque idgenus, quae aut à fortunâ plerumquë profluunt, aut saepe, quod turpissimum est, cum improbitate amico foedere consocientur: haec inquam omnia mihi conanti eum meritissimum Pontificem ornare, qui jure quodam sibi vendicat omnem laudem propriè Christianam, tanti esse non debent, ut vel ea facilë patiar in ejusdem virtutibus amplificandis sileri, vel si abfuerint, hisce caruisse Antoniun, non molestè feram, nil enim impedio, crebris omnium hominum litteris atque sermonibus usurpari. Imo qui ea strenuè contempserunt ij in florentissimâ Christi republicâ omnìum concessu multum coeteris gloriâ praestiterunt: Siquidem potentissimum regnorum omnium & soeculorum arbitrum Deum hominem factum, immortalem sui nominis claritatem terrenarum rerum despicatu promeruisse & usurpasse nemo unus inficiatur.

Hanc porro tantam laudem, quantam superbiens & augurijs dedita vetus philosophia ne dicam votis suis oequare, verum nec effingere ominando unquam potuit, vel cum à pueris vixdum excesserat, adeptus est Antonius: nam septimo & decimo aetatis suae anno in praeclarissimum B. Dominici ordinem cooptatus, sic sanctissimis tanti Parentis institutis loenocinantem mundi fortunam atque voluptatis blanditias, quibus illa aetas in omne malum praeceps abripi solet, compescuit & fugavit, ut vel ex tunc primarios suae sodalitatis viros summâ omnium qui cum eo convibabantur admiratione longè latèque superasset. Quae omnia, ne ab instituto meo deflexisse videar, supremum mundi architectum Deum eâ mente, eoque consilio perfecisse, vel eventu ipso affirmare licet, ut jam inde in feracissimo B. Dominici Campo posuisse crederetur sementem maximorum commodorum, quibus unius Antonij beneficentia Ecclesiam universam, plurimorumque populorum fortunas florentes reditura erat & beatissimas. Quod sine ulla piaculi ofensione certissimâ à quoquam potuisse assequi conjecturâ, vel eximiae virtutes quae tantis rebus perficiendis & confirmandis necessariae sunt maximè testantur.

Quippe Pontificium, quod omnem humanam superat potestatem tan excelsum est atque gravissimum, ut nisi in viro cui insit summa sint omnia, soevissimas universae Ecclesiae sesecum importare calamitates necesse sit. ¡Quam morum integritatem & sanctimoniam! Quam rerum divinarum scientiam & observantiam! ¡Quam in sanâ doctrinâ stabiliendâ & fovendâ diligentiam! ¡Quam operam coercendae atque fugandae improbitati immanium gentium & barbararum! ¡Quantas praeclarissimasque virtutes ab ijs requirit, qui pontificali dignitate praefulgent oeternus & immortalis Pontifex Filius Dei! At si omnes pontifices qui Ecclesijs toto terrarum orbe latè dispersis praeficiuntur, hisce eximijs virtutibus instructos esse oportet, vel eisdem excollendis mihi quantum ipsae met civitatibus prodesse possint, sedulò perpendenti accuratius prae coeteris studium collocandum esse vìsum est ab ijs, queis Ecclesiarum quas amplissimas locupletissimasque habemus guvernacula committantur. Siquidem talis est terrarum quibus illae constitutae sunt natura & conditio, ut licet earundem Pontifices suo munere obeundo dies noctesque multum invigilent, nec labores recusent spinosissimasque curas & contentiones, qui-

bus undique circumsepiuntur, oves tamen, quae sibi ipsis concreditae sunt crebrò inspectare haud quaquam possunt: sive enim imminentia undequaque pericula quae illis inspiciendis atque tutandis subeunda sunt, sìve asperas montuosasque regiones ubi ipsae met vitam traducunt, longissimos etiam tractus quibus disjunguntur ratione animoque lustremus, totidem subjiciuntur impedimenta, quae pontificem alijs gravissimis coeteroquin occupationibus distentum universâ suâ Ecclesiâ circumspiciendâ & administrandâ multùm obruunt atque praepediunt. Accedit etiam tan grandem esse copiam annuorum rèddìtuum, quibus inter illos plerique potiuntur, ut nisi pestiferae ambitioni, quae sensim per humana corda serpere solet, atque ipsa corrodit omnem aditum firmissimis repagulis intercludant, tanta mala populis, quibus dominantur importabunt, ut siminùs, quod omnes boni verentur nunquam propulsari, vix certè possint.

Qua propter eò vel maximè Ecclesiae suae glorificandae multisque populis ad summam gloriam evehendis, regnorum temporumque arbiter Deus studuisse videtur, quòd Antonium qui suae erga nos beneficentiae pontificalibus infulis re-

dimitus administer futurus erat, in scholâ vitae monasticae ad omnem officiorum rationem instrui decreverit. Hinc illi per viginti & sex annos in Sacrâ Theologiâ, & Philosophiâ edocenda versato, sui ordinis magisterium repetendum erat, quo dehinc universam Ecclesiam tantâ scientiarum omnium divinarum luce perfunderet, quanta aplerisque doctoribus, celeberrimis academijs excultis vix fuerat optanda. Hinc assiduìs & peracerbis corporis afflictationibus, quibus per quadraginta & ampliùs annos erumpentium animi motuum impetum ferociamque compressit, perinde ac si è Coelo delaberetur eam reliquo vitae suae tempore terrenarum rerum contemptionem retenturus erat & despicientiam, ut ex amplissimis quibus locupletandus erat redditibus nil sibi, totum Deo, totum civibus largitate pene divinâ & incredibili redonaret. Hinc ingens ille quo Antonius conflagrabat, tuendae & amplificandae religionis ardor, quemque nulla unquam soeculi negotia restinxerunt manavisse videtur, ita ut qui aut ad bonam frugem redigebantur, aut perfectioris vitae rationi capessendae parabantur, dum eum apud Vallisolétum, ac per totam fere veteris Castellae provinciam crebrò concionantem, peccatorum-

que confessiones excipientem prospexerunt, vel ex tunc asseverare potuissent è re esse Ecclesiae virum tan spectabilem latissimis invisendis provincijs, quae multùm suâ doctrinâ & exemplis profecturae essent destinari. Hinc tandem monasteriorum S. Dominici Zamorani scilicet, & Vallis viridiani praefecturâ illum insigniri aequissimum erat, qui austeriori legum observantiae, quae inibi splendet excollendae atque promovendae assuefactus, nullo tum negotio praepediretur, quominùs gentes suae Pontificali potestati redigendas, aut indomitas & male moratas temperaret, aut ad legem & regulam optimè compositas sanctissimâ disciplinâ firmaret.

Tot igitur saluberrimis rei sacrae administrandae prolusionibus multùm exercitatus Antonius, sic ad pontificatum gerendum instructus evasit & paratissimus, ut Ecclesia cujus summa ei traderetur pro certo habitura esset, se esse fortunatissimam. Age vero Angelus Ecclesiae Jucatanensis, qui pro ejus incolumitate & gloriae amplitudine summis votis perpetuò apud Deum precabatur, fructum suae clientelae tulit amplissimum, dum tantum virum suae Ecclesiae Praesulem renunciandum esse consequutus est. Jam vero AA. in altum mare provehimur, quo om-

nes scopulos praetervecta liberiori dehinc cursu nostra progressura erit oratio. Hactenus etenim Antonij eximias dotes obducto velo contemplabamur, quarum pleraeque religiosae vitae tenebris abstrusae soli Deo patuerunt. Nunc verò quae stupenda in praecelso Ecclesiae monte omnium soeculorum memoriâ Antistes dignissimus gesserit, non modò mentibus sed oculis etiam conspicanda subjiciuntur. Quae infinita cum sint tanque praeclara, ut nec prae multitudine recenseri, nec prae magnitudine ullâ oratione complecti possint, eum modum in dicendo tenebimus, ut nemo unus in tantâ Sapientissimorum virorum qui me circunstant frequentiâ futurus sit, qui mihi aut quòd ea longiori oratione persequutus sim, aut quòd praeterierim omnino quae dici deberent, jure succensere possit.

Eja ergo ut primùm ad aures Antonij perventum est, se Sapientissimi juxta ac religiosissimi Caroli III. nutu & voluntate, ut Ecclesiae Jucatanensi praeesset designatum esse, in tantâ re vel obeundâ vel repellendâ, ancipiti ac distracto animo fluctuare coepit; ac nisi praeclarus ille vir Thomas de Bojadors per id temporis administer sui Ordinis generalis, eum ad episcopatum sibi oblatum litteris amore ac benevo-

lentiâ plenis amplectendum incitasset, ei profecto restitisset. (*) Quanto autem Jucatanorum omnium plausu exeptus sit ANTONIUS, eo auspicatissimo tempore, quo tanquam alter Ambrosius Mediolanum concedens, novam ille sacris jam infulis condecoratus appellit Emeritam, vel ex eo confici potest, quòd res Sacrae, fortunaeque illorum, quae à pluribus retro temporibus imminutae fuerant & enervatae, suae soliditati repetendae eum singulari Dei immortalis beneficio nactae sunt assertorem, qui suis laboribus suis consilijs suâ doctrinâ suâ munificentiâ illas refecit & instauravit. Vos ipsi Jucatanici emeritenses cives, talem erga vos se praebuisse ANTONIUM saepissime recordamini pestifero illo ac fatali anno, quo cibariorum penuria tantas tanque graves calamitates per totam regionem invexit, ut nisi ingens illius liberalitas ac diligentia ex suis episcopalibus proventibus octo mille octuplos argenteos nummos annonâ comparandâ Jamaicam misisset, miserrimè interijssetis. ¿Quanta apud vos extant monimenta in omne oevum transmissura caritatem, qua vos nepotesque vestros tantus Parens devinxit? Nosocomium Sancti Joannis de Deo nimis quondam angustum, cum omnes quì eò undique confluebant oegrotantes

capere non posset, neque quos sinu suo complectebatur ob inopiam reddituum fovere potuisset, hanc communem oerumnam miseratus ANTONIUS suo oere illud auxit, & quoad illac vixit sustentavit. Aliud etiam nosocomium à fundamentis inibi erexisse, confecisse, ac viginti mille octuplis argenteis nummis lòcupletasse perhibetur, quo clerici, alijque viri honesti omni ope atque operâ levantur & reficiuntur.

Immensus essem si quae longiorem orationem desiderant persequi contenderem: praesertim cum apud vos dicam, quos latere non arbitror ANTONIUM per octo annos, quibus in altâ Ecclesiae Jucatanensis puppi consedit, atque clavum tenuit omnia prorsus mala fugasse avertisse superasse. ¿Quem per id temporis de suis rebus aflictis ac desperatis apud illum conquaestum in suam fortunam non vindicavit? ¿Cui inopi vel famelico opem non tulit? ¿Quot puellae periclitantes suis impensis rectum vitae cursum tenere potuerunt? ¿Quot virgines suâ pecuniâ dotatas reliquit, ut solemnia religionis vota nuncuparent? ¿Quis non stupuit intuitus veste sordidâ & lacerâ contectum, qui sacris templis exornandis, viduis & orphanis cooperiendis infinitam pecuniarum vim impenderat? ¿Quis eum nec levi suspi-

cione perstrinxit, eò quòd vel honoribus quos horrebat anquirendis, vel pretiosâ supellectili, quae fortasis suam dignitatem maximè decebat apparandâ aliquam proventuum partem reservasset, si quos universos possedit, maximique pendebantur, ad alienam miseriam sublevandam, atque ad publicas utilitates stabiliendas per totum ferè terrarum orbem notissimum sit mirâ largitate profudisse? Atque illa quidem praetereunda non sunt, quae nescio an in ullo homine praestantiora vel aliquando fuerint, vel sint per seram posteritatem futura. ¿Quis enim illo suis ovibus salutari doctrinâ pascendis vigilantior fuit? Qui eas majori qua solent caritate ingenui cives patriam, parentesque liberos suos prosequi ita complexus est, ut rem subinde familiarem, ac se ipsum despiciens, omnes suas curas atque cogitationes in illas tuendas atque conservandas contulerit. ¿Quis illo solertior fuit aut esse potuit? Qui peraequè antevertit commoda quae res sui gregis quà sacras, quà civiles juvarent, ac mala quae ipsas perturbare potuissent, ut illa omni studio ac diligentià compararet; altera autem nimiùm saepe nec salutis detrimento cunctatus, si quando res ita postulare videbantur propellere posset & amandare. ¿Quis illi temperantiâ, vi-

tae oequabilitate, fortitudine, animi magnitudine, gravitate, patientiâ antecelluit? ¿ Ecquando igitur nisi exquò Jucatanica Ecclesia per ANTONIUM gerebatur totus terrarum orbis maximo stupore correptus videre potuit unum ac solum hominem, ita se gerere vivendo potuisse, ut simul se esse pontificem magnificentissimum, ac vilem abjectumque monachum praesetulerit? Jam inde maxima vitae integritas, morumque Sanctitas omnes improbitatis gradus & recessus, cunctasque sceleratorum hominum latebras, ac versutias internovit ac praerupit. Jam tum excelsi ac nunquam imperterriti animi magnitudo, quae saepius in acie versata erat ad Ecclessiam adijt, ac in abditissimis illius penetralibus, quae Sancta Sanctorum nominantur per viginti & octo annos consedit. Jam vero divini cultus promovendi, ac fidei propugnandae studio, quo flagravit ANTONIUS ¿quae poterit par oratio inveniri? Qui innumeros quos suae caritatis administros effecit viros religiosissimos, divinâque scientiâ plenos sacris ordinibus inauguravit: qui suae sedis Episcopali templo sumptuosissima sacerdotalia vestimenta largè suppeditavit: qui inibi Sacrarium, quo Jesus Christus Dominus noster sub speciebus panis velatus feriâ quintâ in Coenâ Domini asser-

vatur regio ac magnifico apparatu instruxit: Qui illic quoque duodecim millìa argenteorum octuplorum nummorum in perpetuum censum collocavit pro dotandis duobus Sacerdotibus, qui divinas laudes singulis diebus concinerent: qui pro suis ovibus reficiendis, nulla subinde incommoda, quae terrâ marique subeunda erant perhorrescens, ac nihili faciens vitae suae jacturam, quae viro aetate jam depresso ac confecto maximè minabatur, Jucataniam non modò, sed Tabascam etiam quae latissimè patent semel atque iterum perlustravit.

Agedum cum tan inauditâ sui Pontificis benignitate, & benevolentiâ secundo & facili vitae cursu Jucatanici ferrentur, Antonius pro concelebrandâ quartâ Sinodo Mexicanâ praepropero gressu in eam urbem perrexit, ubi eum alij celeberrimi Patres, qui eidem sinodo interfuerant, juxta ac si alter fuisset Thomas Aquinas, cui suâ doctrinâ, ac morum integritate proximè accesit, gravissimis enodandis ac definiendis quaestionibus, quae admores optimè componendos multùm spectare videbantur, etiam atque etiam consuluerunt. Interea tamen pijssimus Rex Carolus III. tuendae & amplificandae religioni

D

multùm intentus, huic viro spectatissimo, cujus fama Americam non modò, sed Europam etiam pervaserat universam, Ecclesiam Guadalaxarianam transmittendam esse sancivit. Quod simul ac illi delatum fuit, vixque Mexici moras nectens, quae sinodo absolvendae satis essent, in hanc urbem festinanter contendit, ea ad quae ipsum sua voluntas exercuerat, ac providentissimus Deus servaverat, qùam ocyssimè perfecturus. ¡O fortunatam civitatem, si quidem illum Pontificem excepit, qui viginti annorum spatio ea in illam commoda invecturus erat, quae coeterae gentes non nisi armorum strepitu ac tumultu, vel post longissimam annorum intercapedinem, qua multorum industria Clarissimorum virorum, quì de patriâ benè meruerunt multùm defatigata est, consequì potuerunt. Ac ea mihi memoriâ repetenti, quamque fidem in posterum habitura sint in deliberationem vocanti, adeo omnium gentium etiam exterarum litteris & sermonibus testata videntur, ut ijs evolvendis non tan Oratori verendum sit, se illa nimiùm propter benevolentiae studium amplificasse, quam propter ingenij tenuitatem multùm atenuasse videri. Idquecirco in tanta laudis segete non tan fides vestra desideranda est, quam quod multa quae

ultrò citròque praetereunda sunt, vel sileri omninò, vel non satìs praedicari patiaminì.

Nos enim non patrum memoria accepimus, nec scriptorum testimonijs, qui interdum veritatis vim partium studio infecti, vel obruere vel infuscare consuescunt, sed nos metipsi oculis ac manibus statum rerum nostrarum adeo infirmum ac labantem paucis ab hinc diebus tenebamus, ut nisi eum exhaustâ infinitâ pecuniarum vi ac summo studio benignissimus Antonius solidare & augere constituisset, quantum illius firmitate accepimus gloriae & commodorum, tantum secus dedecoris & turpitudinis ejusdem peracerbo interitu tulissemus.

Sacrae enim oedes quibus quotidie oeterno Parenti Deo, victima qua nulla illi carior esse potest offertur, non modo hac pulcherrima urbe, sed per totam provinciam multae recensentur, quas vel à fundamentis fabricari, vel jam erectas, instructus majestati Dei commendandae necessarios mutuari, cives de religione benemeriti vehementer exoptabant. Has ergo auctas & opulentissimas duo & quadraginta supra tercentum millia quinque centum & novem viginti uncialium argenteorum nummorum ingenti copiâ, praeter octoginta & amplius millia ejusdem ge-

neris nummorum, qui amplissimae oedi, qua Sacrosanctae hostiae tabernaculum maximo hujus urbis templo collocari debet, fabricandae asservantur, incredibili Antonij largitate comparavimus. Testes hujus rei invoco locupletissimos, augustissimum scilicet hujusce Sedis Episcopalis templum, cujus parietes Antonio gratias agere gestiunt: oedes curiales Sanctae Mariae de Guadalupe, ac Imaginis Jesu Christi de Megicalcingo, quas ad suburbia locatas habemus: oedem tandem Sanctimonialium Capuccinarum, ac plerasque alias, non modo quae in hac urbe recenti magnificentiâ splendescunt, sed etiam quae per totam provinciam magnificentissimo ornatu compositae demirantur.

Hoc autem templorum incrementum & decus, quo res nostrae multum inclaruerunt, tantae utilitates ad salutem, atque authoritatem totius provinciae asserendam pene divinâ ejusdem Antonij largitate consequutae fuerunt, ut nobis qui antea temporum injuriâ multis oerumnis premebamur, pulcherrimum futurum sit post hàc illis conservatis esse contentos. Seminaria nanque quae vix per totum labentis soeculi decursum, instituere potuimus, aut quia admodum pauca fuerant, aut quia in summis dificultatibus rei

domesticae versabantur, non satis erant Juventae erudiendae atque excollendae scientijs, ac ingenuis artibus quibus expulsis, tota humanitas obscuratur atque sordescit. Atqui sic in nos adversa fortuna irruperat, ut coeteris in rebus parem calamitatis molem sustineremus. Nondum parentes liberos, nisi aut suis impensis, aut rarò omni officiorum ratione formandos inspexerant Nondum salus corporis, vitaque civium incolumes extiterant adversus ingruentes procellas, quibus undequaque impetebantur: quinimo interdum pestiferi morbi universam ferè civitatem populabantur: nemo res frumentarias calamitosis temporibus viderat vilissimas, vel parvo pretio nundinari. Universam denique provinciam dolebamus spoliatam atque orbatam esse rebus maximis, quibus benè moratae, benèque constitutae civitates perficiuntur, & eflorescunt. Ac si fuit tempus ullum cùm accedere ad Guadalaxarianam Ecclesiam guvernandam Pontifex debuerit eâ benignitate, quae in clarissimorum Virorum serie serò videri solet praefulgens, tum profectò fuit cum ingenti pecuniarum vi, in universam provinciam cunctae vitae civilis commoditates invehendae erant, quibus praeterita mala, quae in Guadalaxarianâ provinciâ penitus jam insede-

rant, atque inveteraverant, pellere potuissemus. Age verò tantam rebus nostris foelicitatem contigisse, vel recens, quae ad summam gloriam ANTONIJ largitate capessendam oportunitas nobis accesit, praedicat, atque testatur. ¿Quis pro juventute ad omne pietatis ac disciplinarum genus confingendâ Regia Seminaria S. Josephi, ac S. Joannis Baptistae censibus auxit locupletissimis? ¿Quis annua vectigalia assignavit amplissimae scholae, quae dudum optimo cuique maximè patuit ad universas scientias, quae multùm valent ad benè beatèque vìvendum celebrandas, inter nosque recolendas? ¡Quis pro instituendis puellis omni officiorum ratione quae sexum muliebrem maximè decent, honestas Virgines nomine Magistratrarum disciplinae, & caritatis insignitas in unum collegium summis suis impensis compulit, & congregavit? ¿Quis ad suburbium de Guadalupe suis sumptibus amplissimum ludum litterarium aperuit, ac singulis annis ejusdem minerval persolvit? ¿Quis suâ pecuniâ magnificentissimum S. Michaelis nosocomium exoedificavit cum omnibus suis coellis apothecis officinis ac conclavibus, quae diversis morborum generibus medicinâ pellendis vehementissimè desiderabantur? ¿Quis ob summam egestatem stipem postulanti;

bus, quae ad victum necessaria essent abundantiùs de suo oere suffecit? ¿Quis annonam fame sitique laborantibus largè atque copiosè suppeditandam suis facultatibus comparavit? ¿Quis ergo de suis annuis proventibus, ne singula, quae nec longiori oratione recenseri possunt, fastidiosè prosequamur, pro tot immortalibus erga nos alijsque innumeris beneficijs praestandis non centenos solum & centenos, nec millenos modò & millenos, sed ultra decies centena millia uncialium argenteorum nummorum, nisi ANTONIUS inauditâ, atque post hominum memoriam humanissimâ largitate impendit? Quid? ¿ingentem pecuniarum summam rebus nostris augendis profuderit, qui nil, quod rarissimum est, suis cupiditatibus explendis, imo vero nec adolescenti lectissimo fratris sui filio vix mediocriter locupletando de suis sacris vectigalibus detraxerit? Quid? ¿Totam rem suam communi saluti corroborandae abalienet, qui de suâ etiam quantum potuit rigidissimâ parsimoniâ resecuit?

Hanc vero tantam largitatem quantam vix perpaucos viros de religione benemeritos minimè saepe aequasse, at certè neminem unquam superasse assevero, cum alijs optimi Pontificis egregijs virtutibus, quae illam comitantur & admi-

nistrant nemo unus inficiabitur fuisse consociatam. At si ex eâ qua propiùs ad Deum accedimus reliquae virtutes tanquam è peremni fonte derivantur, ab illis recensendis, principio à quo profluunt patefacto, ne morosi simus, supersedere debemus. ¿Quid ni decies centenos millenos fideles sacro chrismate delinierit, sexcentos itidem morigeratos viros sacris ordinibus inaugurarit, qui se ipsum propter suos cives cohonestandos bonis omnibus spoliavit? ¿Quid ni totam Guadalaxarianam dioecesim extremâ senectâ inviserit, ac tanquam sol exoriens totum ferè suae provinciae orbem incendio, quo oestuabat divinae charitatis foverit, ac doctrinae splendore ilustrarit, qui sic suo sinu in ejus potestatem redactos excepit, ut propter eos ad optimam frugem impellendos, totam rem suam in eorumdem utilitates contulit, collocavit? ¿Quid ni tota mente, omnique animi impetu suae dioecesis terminos usque ad oppida, quae in suae sedis confinio collocata sunt dilatandos curaverit, qui vastissimas regiones per quas novum Legionense regnum latissimè patet, quamvis hae locupletiores prae illis decumas sacerdotibus libassent, quia tamen ab hac urbe, qua illi commorandum erat longo intervallo dissident, alij moderandas

commiti enixè à pissimo Rege Carolo III. expostulavit? (**) ¿Quid ni tandem omnia religiosissimi Pontificis munia servarit, qui pro rebus nostris, cum sacris, tum profanis instaurandis, quantam nunquam in aliorum clarissimorum virorum actis vidimus, sui ipsius habuit despicientiam?

Huic ergo homini tantùm debemus, quantùm hominem homini deberi vix fas est. Ab eo omnia vel de quibus carebamus collata, vel quae possidebamus sarcta nimis & amplificata esse, non modo qui lucis usurâ in hac pulcherrimâ urbe delectantur, sed eorum etiam liberi, nepotesque, quoad extet Guadalaxara, praedicabunt: illi Ecclesiae Guadalaxarianae decorem & amplitudinem, salutis publicae praesidia, fortunas civìum, scientiarum incrementum, omnia denique laudis & gloriae ornamenta, quibus totius provinciae status convalescit & viget, qua oequissimum est benevolentiâ, referredebemus. Quapropter cum nullum officium referendâ gratiâ magis necessarium sit, maximamque quam ab Antonio accepìmus nullis nostris officijs persolvere pari compensatione possimus, studeamus saltem in utendo suorum munerum largitione,

Deo & patriae, quemadmodum ipse expetebat, inservire: quo fiet ut quantam possumus & debemus communi Parenti, vitâ ut speramus perfruenti sempiternâ, honoris & gloriae accessionem faciemus.



SERMON PREDICADO

EL DIA 10 DE NOVIEMBRE DE 1792.

EN LAS SOLEMNES EXEQUIAS

QUE LA SANTA IGLESIA CATEDRAL

DE GUADALAXARA

CELEBRÓ Á SU PASTOR

EL ILLMÔ. Y RMÔ. SEÑOR MTRÔ.

D. FR. ANTONIO ALCALDE

POR

EL LIC. D. JUAN JOSEPH MORENO,

TESORERO DIGNIDAD

DE DICHA SANTA IGLESIA.





OPTAVI ET VENIT IN ME SPIRItus sapientiae::::& proposui pro luce habere illam. Sap. 7.

PEDÍ Á DIOS LA SABIDURIA VERdadera, y sé me dió::::Por tanto, me propuse tenerla por mi luz.

LOS Justos solamente mueren á los ojos de los insensatos, porque ésa que con impropiedad llamamos muerte de los Santos, no es aquella parca cruel é inhumana, que pintan con viveza los Poetas; es un sueño dulce, y apacible, que nos enseñan los Apóstoles. Los Justos no pierden la vida, sino que cambian esta miserable, y caduca por otra feliz, y eterna. Á causa de esto, San Pablo, no quiere que nos contristémos por los durmientes, y éstima falta de esperanza el entregarnos á la tristeza. Este afecto es el que vengo á corregir, ó moderar en vosotros, mis oyentes amados en Jesuchristo. De verdad

os digo, que no puedo borrar de mi imaginacion, lo que pasó la tarde del dia nueve de Agosto al tiempo, que conduciamos con religiosas ceremonias los venerables despojos del Illmô. y Rmô. Sr. D. Fr. Antonio Alcalde, digno Prelado de esta Iglesia al Santo Templo de Guadalupe. ¡Qué silencio se observó en una Ciudad tan populosa! Solo se oían los gemidos de las Campanas. ¡Qué compostura en el extraordinario concurso, que constaba por la mayor parte del incierto, y desordenado vulgo! Qué respecto, qué pavor, qué conpuncion se veían derramados en los semblantes de toda clase de personas, indicios nada equívocos del grave dolor que oprimia, y conmovia los corazones. Y aunque este acto fúnebre se debe reputar una continuacion de aquel, quisiera sin embargo que dexando aquellas lugubres vestiduras, os vistieseis de otros afectos. Á esto os animan, y dan valor esas exâmimes reliquias. Alli quedan esperando la segunda venida de Jesuchristo; mas la esperan con aquella seguridad, y confianza, con que los huesos humillados por la maceracion, se alegran en el Señor. Yo tambien procuraré inspirar esta alegria, y confianza en vuestros ánimos con una corta reseña de sus virtudes, la qual desterrará vuestra

tristeza en la gran pérdida, que acabais de hacer, alentará vuestra esperanza de su dichosa eternidad, y promoverá vuestra edificacion. Pero no, no espereis de mí, que os diga, que el Prelado que lloramos, era tal, que lo demandan con un incontestable derecho esos Altares: no llega á tanto mi arrojo. Que era un Príncipe que jamas estuvo sujeto al error. ¡Ah! no seria hombre, si no fuese susceptible de error. Que su justicia era reconocida, y publicada de quantos le conocieron. ¿Quien es este? Bien sé que todos los Heroes son problemas, y aun el mayor de todos, el Hijo del Eterno Padre, en la boca de unos era bueno, y en la de otros era malo. Solo diré, ciñendome á las dos circunstancias, ó estados de Religioso, y Obispo, que se vén en la tabla de su prolongada vida, que siendo Religioso se dispuso, para ser Obispo, y siendo Obispo, exercitó las virtudes, que aprendió quando era Religioso. Que en las soledades del Claustro, pidió al Padre delas luces la sabiduria Christiana *Optavi*, y que colocado en el candelero, estas soberanas luces fueron la regla de sus acciones, *& proposui pro luce habère illam.* Tampoco espereis en mi oracion, afectos vivos, figuras pateticas, ú otros adornos oratorios, que tal vez se hacen sos-

pechosos de mentira, á un Auditorio Christiano. Con aquel desaliño, que me es natural, os referiré en una buena parte, acciones edificantes, y palabras llenas de uncion, de que Yo mismo fui Testigo. La obediencia á nuestros Estatutos, llenos de humanidad, y misericordia en este punto, me conduxo alderredor de su cama, para recoger allí sus últimos suspiros, que eran los afectuosos alientos depositados en su grande alma por todo el discurso de su dilatada vida. Para conciliarme vuestra fee, no juzgo necesario invocar la santidad de este lugar, ni interponer lo sagrado de mi ministerio, pues estoy persuadido, á que el solo caracter de hombre de bien, obliga á no imponer á los oyentes. Y aunque lo resistan las Leyes que han querido fixar á este genero de oraciones, yo desconfiado de mí, ocurro al Patrocinio de la siempre Vírgen Maria pidiendole me alcanze la gracia.

AVE MARIA.

OPTAVI, ET VENIT IN ME SPIRItus sapientiae::::& proposui pro luce habère illam. Sap. 7.

PEDÍ Á DIOS LA SABIDURIA VERdadera, y sé me dió::::Por tanto, me propuse, tenerla por mi luz.

PAra un buen juicio no hay mas nobleza, que los honrados, y virtuosos procederes. De este modo de pensar fue siempre, el Ilustre Obispo, cuya memoria celebramos. Ese título honorífico, que al principio fue efecto de rigurosa justicia, despues de adulacion, y hoy de prodigalidad, el *Don*, este no quiso se les pusiese á sus Padres en el Catálogo de los Obispos de América, ni jamas se los dió. El fue un hombre nuevo, como llamaban los Romanos á los que no podian manifestar las Imágenes de sus Mayores entre los Cónsules; pero un hombre, cuyas Imágenes ha levantado, la justa, y justíssima gratitud, á tantos monumentos de su magnificencia, erigidos en favor de la Religion, de la República literaria, y de la humanidad. ¡O Imágenes, que

veerá siempre la posteridad mas remota con respecto, y con veneracion! Mas sin embargo de que como hombre de probidad, no reconocia en sus Padres cosa digna de alabanza, mas que la honradéz, como hombre sensible á la gratitud, reconocia haber recibido de éllos, y particularmente de Joseph Alcalde, que contó noventa, y seis años, de edad, una conplexîon tan bien entonada, y unos humores, con tan perfecta regularidad templados, que en la larga edad de noventa, y un años, y quatro meses, despues de prolixas tareas Pastorales, y desmoronandose la máquina por las enfermedades, conservaba perfecto el uso de sus potencias. Bien que mas principalmente lo referia al Dador de todas las cosas, y decia, que era una gracia del Cielo darle esta presencia de Espíritu, para que le pudiese ofrecer, lo diré con sus palabras, que en su concepto disminuian su mérito, y en el nuestro aumentan su humildad, para que le pudiese ofrecer *aquellos tales, quales trabajitos*, de sus dolencias. A esta misma perfeccion de sus órganos, se debe aquella prodigiosa memoria y retencion de especies, que hacia la admiracion, y el encanto, de los que le oían referir sucesos, tan menudos como retirados en sus datas, sin rendirse en

esta parte á los derechos, ó por mejor decir á las menguas de la mortalidad. Ó si le fuera lícito, á quien á prometido consolaros con el detalle de virtudes morales, detenerse en prendas intelectuales, y naturales ¿como haria alto en aquel humor festivo, en aquella alegria de corazon, que conservó á pesar de la edad decrépita, y enfermedades mortales? Pero no puedo menos que exclamar aquí. ¡O Santas frugalidad, y templanza, que tanto contribuis para conservar la salud! ¡O dichoso desembarazo de pasiones, en que consiste la verdadera libertad de los hijos de Dios, que tanto influxo teneis en alargar los dias! Y por el contrario, ó crueles pasiones, enemigas del reposo, tiranas del ánimo como precipitais á los Mortales en los placeres excesivos, que atraen las enfermedades, en los desvelos tan ambiciosos como inquietos, y en los negros pesares. El Espíritu Santo tenia dicho por unos, y otros: *Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breviabuntur.* Si: aquellos siete meses de ayuno, que observa la Religion Dominicana: aquellos años de dias serenos, pasados en la tranquilidad del retiro, traxeron á esta Diócesi la felicidad de un Pontificado de veinte años, aun contra la expectacion comun, que penetrada de compasion veia

Prov. 10. 27.

tomar su governalle á un Anciano mas que septuagenario.

Y ved aquí, que insensiblemente, he descendido á lo que propuse en el principio. La preparacion al Obispado hecha en el estado Religioso. ¡O Dios, y Señor todo Poderoso! Yo bien sé, que de las duras, é insensibles piedras, podeis levantar hijos de Abrahan; pero no siempre haceis, todo lo que podeis. Antes bien, vuestras Escrituras nos enseñan, que el Sacerdote Eterno para comenzar yá las funciones de su Ministerio, se preparó, no por necesidad suya, sino para enseñanza nuestra, con el ayuno, y oracion de una Quarentena. La preparacion de nuestro Obispo, comenzó por el desengaño, que inspira la caducidad de las cosas humanas, y por el fastidio de los placeres sensibles, que le conduxeron al observantísimo Convento de San Pablo de Valladolid. Allí encontraron seguridad, y defensa, la sencillez, é inocencia, propias de su educacion en Castilla. Allí, con las Santas crueldades de la penitencia, recobró la gracia, si por desdicha la habia perdido, y ó por la inocencia, ó por la penitencia llegó á la justificacion, y santidad, que es la primera disposicion, que exige el Apóstol Pablo para el ministerio Episcopal *justum*, *sanc-*

tum, irreprehensibilem. Allí se exercitó en todo género de obra buena, y virtuosa, que ès en suma la definicion del Obispado, segun el mismo Apóstol *bonum opus.* Allí dió largas horas á la oracion, exercicio, que debe ser la ocupacion de los Obispos dignos sucesores de los Apóstoles, quienes para tomar la resolucion de elegir siete Diáconos, prefirieron la oracion á la misericordia *nos autem orationi instantes erimus.* Y siendo como un efecto natural de la meditacion, encender en el corazon el fuego del amor Divino, *in meditatione mea exardescet ignis*, veis yá aquí la última disposicion, que por tres veces exîgió el Pastor de nuestras almas, para constituir á Pedro, Obispo universal. *Si diligis me, pasce oves meas.* Todo esto, y mucho mas supondrá un Auditorio Católico, juzgando piadosamente de un hombre, que con generosidad dexó al mundo en la flor de su edad por abrazarse con el improperio de la Cruz en un orden Religioso. Pero yo, voy á producir delante de vosotros, no juicios piadosos, no discursos fundados en caridad christiana; sino como decia San Juan, lo que ví con estos ojos, lo que escuché con estos oydos, y lo que toqué con estas manos en sus últimos dias, baxo el presupuesto, que nos enseñan los Libros

1. ad Tim. Cap. 3.

Act. 6.

Ps. 38.

Joan. 21.

Santos, los D. D. Ascéticos, y la continua experiencia, de que la muerte, es el eco, y la fiel correspondencia, con que resuena la voz de la vida. Tenia nuestro venerable Obispo, tan profundamente esculpidas en su corazon las verdades eternas, que habiendosele tocado ligeramente un punto de la misericordia de nuestro Dios, allí sin acordarse de lo que estaba haciendo, se soltó, como un rio detenido, demudó el semblante, y quebró la voz con ternuras. Habló con tanta copia de palabras, que atropandose estas, duró en ello tan largo rato, que á todos los circunstantes nos pareció, que aquel relox se habia desconcertado por asalto de una repentina fiebre. Fue aquella palabra, como la chispa, que dice el Apóstol Santiago, que encendió una dilatada selva. ¿Pero en que afectos? Primeramente, segun lo que dice Salomon, en confesion ingenua de sus de-
Prov. 18. fectos, *justus prior est accusator sui*, temiendo el juicio, que le esperaba de tan larga vida, y por tantos años de gobierno de Iglesia, á un hombre que ni aun su casa habia sabido gobernar, y que aunque al principio habia sido un fervoroso Religioso, habia tenido despues sus baxios; pero descansando por último con una filial confianza en los brazos de la misericordia. En otra ocasion,

al dispertar del sueño, suspiró, y dilató las fibras de su corazon en estas palabras, *Quisiera estar amando á Dios incesantemente.* ¿Pero como, como hemos de pasar precipitadamente, y sin hacer algunas reflexîones, sobre pasajes tan edificantes? El que conoce, y publica sus defectos, ya con esto los llora, los enmienda, y los borrá; ¿pero quantos serian los fervores Religiosos, que no se le podian ocultar á una Alma temerosa, y atemorizada con la cercania de la cuenta? Si el Eclesiástico nos enseña, que lo que no se sembró, ni acopió en la florida juventud, no puede hallarse en la árida vejez, *quae in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies* ¿quan Eccl. 25. sólido consuelo debe dexar el hombre cuerdo que á buen tiempo se entregó á su Criador, y despues no encontró precipicios, ó derrocaderos; sino solamente baxios? Por último, quien se queja de interrumpir los actos de amor de Dios, por la necesidad del sueño tan importante para reparar las fuerzas, ¿con quantos conatos le amaria, quando gozaba el vigor de la buena edad, y la expedicion, que le daba aquella su constante salud? ¡O generosa Alma! ¡ya habrás satisfecho tus vivos deseos, con aquella dulce, y dichosa necesidad, que tienen los Bienaventurados de

